GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 58v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dant amisisse. Admonendi sunt ut considerent. quod struc
turis recentibus nec dumque solidatis si lignorum pondus
super ponitur. non habitaculum sed ruina fabricatur. Admonendi
sunt ut considerent. quod conceptas soboles feminę sipi
usquam plene formentur proferunt. nequaquam domos sed tumu
los replent. Hinc enim quod ipsa ueritas que repente quos
uellet roborare potuisset. ut exemplum sequentibus daret.
ne imperfecti predicare presumerent. postquam plene discipulos
s. lucam. de uirtute predicationis instruxit. ilico adiunxit. Vos autem
sedete in ciuitate. quo adusque induamini uirtute exal
to. In ciuitate quippe considemus si intra mentium nostrarum
nos claustra constringimus ne loquendo exterius euagemur. ut cum
uirtute diuina perfecte induimur. tunc quasi ex nobismet
ipsis foras et alios instruentes exeamus. Hinc per quendam
sapientem dicitur. Adolescens loquere in causa tua uix.
et si bis interrogatus fueris habeat initium responsio tua.
Hinc est quod idem redemptor noster cum in celis sit conditor
et ostensione sue potentie semper doctor angelorum ante tri
cennale tempus intra magister fieri noluit hominum. ut
uidelicet precipitatis uim saluberrimi timoris infunderet.
cum ipse et qui labi non posset perfecte uite gratiam non nisi perfecta
s. lucam. etate predicaret. Scriptum quippe est. Cum factus esset an
norum duodecim remansit puer ihesus in hierusalem. de quo
a parentibus requisito paulo post subditur. inuenerunt eum
illum in templo sedentem in medio doctorum audientem
illos et interrogantem. Vigilanti itaque considerationem pensan
dum est. quod cum ihesus annorum duodecim dicitur. in me
dio doctorum sedens. non docens sed interrogans inuenitur. Quo ex
emplo scilicet ostenditur. ne infirmus docere quis aude
at si ille puer doceri interrogando uoluit. qui per diuinita
tis potentiam uerbum scientie ipsis suis doctoribus minis